



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Tractatio Synoptica De Iudiciis Ad Lib: II. Decretal: Gregorii IX.

Herberstein, Ferdinand von  
Tabarelli de Fatis, Donato Vincenzo

Spirens., 1660

6. Refertur inquisitio triplex, & quae sufficient ad inquisitionem generalem, quando inquisitio non fit ad effectum puniendi, sed corrigendi tantum aut alios fines.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11416**



in malo, & ideò inquisitio conceditur arg.  
*L. quidquid. ff. de reg. jur.* DUBITATIO ex  
 prædictis oritur, an Judices inquisitionis  
 in Astrologos judicarios advertere pos-  
 sint? Respondeo affirmativè & patet ex  
 constit. *Sixti V. Pauli V. §. 2. n. 23.* & novissi-  
 mè ex *Bulla Urbani VIII.* Ratio quia ut  
 benè *Sousa in aphor. inquis. lib. 1. C. 48 n. 15.*  
 eorum modus pronuntiandi futura libe-  
 ra est Reipubl: valdè periculosus, multis  
 superstitionibus & illusionibus Dæmonis  
 expositus: neque accusantur licet prote-  
 stentur se non affirmare certò, id enim  
 videntur facere ad tegendas fraudes &  
 statutas pœnas vitandas. Vide *Less: de jur.*  
*& justitia lib: 2. cap. 4. dub. 6. n. 42.*

6. Multum autem interest, an inquisi-  
 tio fiat generaliter, an verò specialiter, aut  
 certè modo quodam mixto partim ex ge-  
 nerali, partim ex speciali: nam ad genera-  
 lem inquisitionem instituendam, quando  
 scilicet de personâ in genere quæritur &  
 delicto in communi, ut cum superiores  
 visitant loca sibi subdita, & inquirunt, num  
 serventur statuta & leges, sufficit ipsum  
 per se judicis officium, nullâ aliâ præce-  
 dente



dente famâ, nulliusq; partis antecedente instantia. Ut benè *Abb. cap: pernicioſa de offic. Ord: Mol. Tom. 4. de juſt. tr. 3. D. 47. ex communi DD.* Cuius ratio eſt, quia hæc eſt tacita voluntas Reip: quæ offenderetur niſi id fieret, & per illum inquirendi modum nulli fit injuria cum de nullo in particulari inquiretur, & de cætero fit utile medium, imò neceſſarium ad multa mala præſcindenda, & ne crimina publica impunita maneant: eademq; doctrina traditur. *cap. ſicut olim de accuſ: & cap. Romana de cenſuris in 6.* firmaturque praxi Eccleſiæ, nam Epifcopi excommunicationes ferunt in genere, contra eos, qui iniquè detinent alienum, niſi intra certum temp<sup>o</sup> reſtituerint, idq; ex officio, etiamſi nulla prorsus præceſſerit nec perſonæ nec delicti infamia. **SED DICES I.** per eiufmodi generalem inquisitionem iudici dari occaſionem nimium vexandi ſubditos, dum ipſe à nemine provocatus obligat alios ad accuſandam, vel denunciandum judicialiter. **2.** Ex tali inquisitione sæpè occultos peccatores diffamari. **3.** ſequi quod Prælatuſ ſubditum obligari poſſit ad panden-



dum crimen occultum tanquam ad actionem licitam, si enim ille, qui alterius crimen occultum probare potest, si velit delinquentem accusare potest, cur non & Prælatus eundem ad hoc præstandum obligare? VERUM contra est, quod mens Judicis in tali casu non sit inquirere, nisi de iis quæ aliàs publica sunt, sed Judici ignota quod patet ex *cap. qualiter & quando de accusat.* Ad secundum dico inconveniens illud per accidens sequi ad actionem superioris, qui id non intendit: potestque id ob magnam inquisitionis utilitatem permittere, quamvis & superior adhibere cautelam debeat, quantum fieri potest, ne occulta pandantur. Ad tertium negatur consequentia, quia licet ille subditos possit aliquando licitè accusare, vel denunciare, non tamen tenetur occultum crimen pandere, præterquam in duplici casu, teste *Less: num: 112.* in quibus Prælatus potest cogere etiam censuris subditos ad manifestandum peccata occulta aliorum: quorum 1. est, quando hoc necessarium foret ad emendationem subditi, quæ non speratur secutura, nisi operâ Prælati:



lati: quo tamen casu delictum superiori non ut Judici, sed ut Patri aperiendum esset, ut suâ prudentiâ & authoritate provideat de remedio. 2. quando delictum vergeret in grave damnum publicum, vel privatum alterius innocentis & pendens adhuc in futurum, ut v. gr. sunt crimen hæresis, læsæ majestatis, veneficium, quæ à Juristis vocantur crimina excepta. Ad-  
 do 3. si quando fiat inquisitio non ad effectum puniendi, sed corrigendi, & pro salute animæ, ut dum Episcopus informationem petit de vita & moribus eligendi, & consecrandi ad sacros ordines: matrimonio jungendi, & ego scio justum impedimentum, aut notabile damnum inde aliis eventurum, possum ego tunc monere illos, quibus imminet periculum, imò teneor etiam non rogatus patefacere defectum, quantum satis est, si alia via commodior impediendi malum illud non occurrat, ut benè *Less: cap: 11. n. 19.* & colligitur ex *Panormitan. in cap. perniciosa. de offic. ord:* Atq; hæc de primo genere inquisitionis generalis.

7. Specialis inquisitio ea est, qua Ju-